





10848.

28

ALMÆ 1716, 15


UNIVERSITATIS ERFORDIENSIS
PRO-RECTOR
ET FACULT. JURIDICÆ
DECANUS,

JOANNES
PHILIPPUS

 Streit / J. U. D.

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS
MOGUNTINI CONSILIARIUS
REGIMINIS.

L. B. S.



ERFORDIÆ,

TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII,
ACAD. TYPOGR.



ALME
UNIVERSITATIS ERORDIENSIS
PRO-RECTOR
ET FACULT. JURIDICAE
DECANUS.

JOHANNES
PHILIPPUS
D. J. U. D.

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS
MAGNITINI CONSILIARIUS
REGIMINIS.

ERORDIA
1672

Typis JOH. HENR. KCI. GROSCHNII
Acad. Typogr.





Efficiū boni & industrii Patrisfamilias est, vigilantem & diligentem esse, crebrius intervifere, tam domesticos, quā operas conductitias, an quisque agat, quod debet, & quomodo; nam ut commune habet adagium, *Oculus Domini est sagina equi.* Industrii Patrisfamilias est, vigilantī oculo in rem præsentem venire, & ad incrementa & detrimenta sua oculatum, tanquam quendam Argum esse, qui tametsi centoculus, non satis tamen vigilavit & cavī, ne à Mercurio deciperetur. Non tamen ita sua curet, ut obliviscatur aliorum; Publius enim Mimus malum vocavit, *qui suā duntaxat causā bonus est.* Bis bonus est, qui sibi & aliis bonus est; tantum

aiils

) 2

verò

verò quisque bonus est, quantum sese proximo
 & Reipublicæ communicat agendo. Nati
 sumus non privatae, sed publicæ auræ. Arctæ
 nimis est activitatis, qui se sibi tantum, non
 aliis consumit. *Non mihi, sed populo*, apud
 Dionem Cæsar Hadrianus frequenter in Sena-
 tu audiebatur, *Respublica enim non est mea, sed
 ego Reipublica.* Pendulæ faces & luminaria
 non sibi, sed aliis consumuntur. Commodius
 illis foret esse, quàm absumi: verum commo-
 dum aliorum pensi habent, non suum. Exi-
 bilandum proinde, & in ultimas orbis oras de-
 portandum monstrum hominis Machiavellici,
 qui se natum ac factum eò vult, ut cuticulam
 suam curet, suas fortunas amplificet, generali-
 ter vivat, suam crumenam impinguet. Chy-
 mera est, qui exul ab aliis, etiam inter medias
 urbes, ex conclavi suo sibi ædificat solitariam
 Thulen. Suis semper desigi cogitationibus,
 hoc utique est Domitiani Stylo muscas confi-
 gere. Thesaurum scientiæ aestimare non no-
 vit, qui in arca conclusum tenet, nec in alios
 cooperando disperdit sementem ingenii, pri-
 mum jacit ingenium, ut fructum afferat etiam
 aliis.

aliis. Oceanus aquarum Rex, licet omnes ebi-
 bat fluvios, qui amplissima ipsi tributa pen-
 dunt; easdem, quas sorbet aquas, restituit ad
 eorundem usum, non ad suum reservat com-
 modum. Unde flumina essent, unde Pelagus
 amarent, & per tot præcipitia requirerent, si
 totum, quem ipsi dant, laticem ipse Oceanus
 consumeret? Sordidè avarus est, nè dicam in-
 vidus est, qui suo tenaciter contentus lucro,
 aliorum lucra non quærit, qui citra aliquod
 commodum suum, aliorum commoda pro-
 movere renuit. Justum itaque est, ut in utili-
 tatem etiam aliorum laboremus, & negotia
 absentium geramus, ne aut neglecta pereant,
 aut absentis non defensi bona possideantur.
L. 1. ff. de Negot. gest. Est autem negotio-
 rum gestio quasi contractus ex quo nascuntur
 utrinque obligationes *L. 2. ff. d. t.* danturque
 duæ actiones, & quidem Prætoriaræ. *L. 3. ff.*
ead. Directa & contraria, illa competit ei cujus
 negotia gesta sunt, ejusque heredibus, ad-
 versus negotiorum gestorem, ut rationes ne-
 gotii reddat, & si quid dolo culpavè ejus
 commissum, vel omissum, id præstet. Con-

traria verò datur negotiorum gestori adversus dominum, ejusque heredes, ut, si quid sibi ratione administrationis, vel absit, vel abfuturum sit, sibi præster, & se indemnem servet, ne officium suum sit sibi damnosum; modò tamen ignorantis & non prohibentis negotium sit gestum. *L. fin. Cod. d. t. nomine alieno*, non proprii lucri causâ; sit gestum & expensum animo repetendi: nam ex pietate, vel affectione quædam exponentes, illa non repetunt. Sic de matre in *L. 11. Cod. d. t. habetur: alimenta quidem quedam, quæ filiis tuis præstitisti, tibi reddi non justa ratione postulas; cum id exigente materna pietate feceris. Si quid autem in rebus eorum utiliter, & probabili more impendisti, si non hoc materna liberalitate, sed recipiendi animo fecisse te ostenderit, id negotiorum actione consequi potes.* Idem de Patre. in *L. 12. eod.* & de marito in *L. 13. eod.* habetur. Debet insuper negotium gestum esse utiliter. *L. si servum 10. Cod. d. t. utiliter autem gerere, est ita gerere, sicut dominus ipse præsens gessisset, licet eventus, non respondeat. L. 10. §. 1. d. t.* Quid autem de casu,


casu, quo avia nepotis sui negotia gessit, defunctis verò utrisque, avia heredes conveniebantur à nepotis heredibus negotiorum gestorum actione, dicendum sit, habetur *in L. Nefennius. 34. ff. de negot. gest.* quam publicè ex Cathedra explanabit Nobilissimus & Clarissimus

DN. GOTTLIEB KOCH,

qui natus est Laubæ Anno 1689. d. 12. April. Patre *Melchiore Kochio*, Molitore ibidem, & Matre *Annâ Regina*, natâ *Golnischin* / & Maritatâ *Kochin*, qui parentes eum in Gymnasio, quod Laubæ floret bonis artibus & literis imbuendum curaverunt, posteaque ad studia sua prosequenda in Academiam Lipsiensem dimiserunt, ubi Anno 1709. d. 22. April. à Rectore Magnifico Domino *Doct. Johanne Cypriano* in numerum studiosorum relatus Jurii addiscendo dedit operam. Quâ in re Domini *D. Godofredi Luderi Menckii* informatione usus est, & tam Jus Civile, quam Feudale & Ecclesiasticum audivit. Frequentavit etiam *Schellium, Titium, Schacherum* & *Rivinum*

vinum juniorem, eorumque Collegiis Theoreticis & practicis, publicis & privatis interfuit, donec post triennale, & quod excurrit, spatium in patriam reverteretur, ubi munere Advocati hactenus propè per quadriennium functus est. Tandem nos accessit, & ad consuetum Examen Candidatorum admitti petiit, in quo textus ex utroque jure transmissos, perspicuè & solidè exposuit, ac quaestiones propositas doctè adeò resolvit, ut unanimi consensu supremis jurium honoribus dignus declaratus sit. Proinde Lectionem Cursoriam ad dièct. *L. Nefennius*. eaque finitâ, Disputationem Inauguralem cras horis consvetis habebit. Quibus Actibus solennibus, ut Domini Proceres & Cives Academici frequentes interesse velint, decenter invitantur. Publicatum sub Sigillo Facultatis Juridicæ 10. Maji Anno 1716.

(L.S.)



ULB Halle
001 972 26X 3




s. b.

Vd 18








0878.

28

ALMÆ 1716, 15
UNIVERSITATIS ERFORDIENSIS
PRO-RECTOR
ET FACULT. JURIDICÆ
DECANUS,
**JOANNES
PHILIPPUS**
 Streit/ J. U. D.

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS
MOGUNTINI CONSILIARIUS
REGIMINIS.

L. B. S.



ERFORDIÆ,
TYPIS JOH. HENRICI GROSCHII,
ACAD. TYPOGR.

